

166
83

Vir summe Reverende ac
Eruditissime,
Domine honoratissime.

Cum hodie ex Illustrissimi Do-
mini Protectoris nostri ad
me datis literis intellexissem
Te, Virum summe Reverendum
tum meo, cum reliquorum
Eruditissimorum Virorum
vobis electum esse, qui Spar-
tam Adjuncti Directoris in
Classe Mathematica, debens
suscipere ac adimplere,
maximum ex ea re percepi gau-
dium, propterea quod sciam
quod meritis Tuis maxima rei
Literariae hucusque tribueris.
Ardentissimum nunc igitur
Tibi Vir Venerabilis meum
Votum fero ut divina benignitas
sanum saluumque in rem Litera-
riam ejusque incrementum et

ornamentum Te servet quam
diutissime.

Id vero quod præter nostram
culpam circa annuam pensionem
evenit, omni studio emendabi-
mus, et velim credas nos om-
nibus viribus enixuros ut
et tuis meritis ex æquo re-
spondeamus, quæ de causa
Illustrissimo Domino Prote-
ctori quædam sum proposi-
turus quæ meritis tuis
convenient. Salve et Vale

Vir Summe Reverende
et fave

Nominis Tui Cultori

Potsdampii.

III Iduum Maii

A. 1664

J. B. L. Bar. de Gundling